Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

discipulorum nomine eundem iudam significatum locutio
nem illa quam de philippo in quinque panib; insinuauimus
plurale numero p singulare usurpato. Potest etiam in
tellegi quod alii discipuli aut senserint hoc aut dixerint.
Aut eis iuda dicente persuasum sit atq; omnium uoluntatē
math̄s & marcus etiam uerbis expresserint. sed iudas
p(ro)pterea dixerit quia fur erat. Ceteri uero propter paupe
rum curam. Iohannen autē de solo illo id commemorare
uoluisse. Cuius ex hac occasione furandi consuetudinē
credidit intimandam. LXXX

Sequitur math. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur
iudas scarioth ad principes sacerdotum & ait illis.
Quid uultis mihi dare & ego uobis eum tradam. At illi
constituerunt ei xxx argenteos. usque ad illud ubi ait.
Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihs. & parauerunt
pascha. Nihil in hoc capitulo contrarium putari potest
marco & lucae. Qui hoc idem similiter narrant. Quod enim
dicit math̄s. Ite in ciuitatē ad quendam. & dicite ei. magister
dicit tempus meū prope est apud te facio pascha cum discipu
lis meis. Cum significat quem marc̄ & lucas dicunt patrem
familias uel dominum domus in qua eis caenaculū demonstratū
est ubi pararent pascha. Quod ergo interposuit math̄s
ad quendam tamquā ex psona sua studio breuitatis illum
compendio uoluit insinuare. Si enim diceret dixisse dn̄m
Ite in ciuitatē & dicite ei. magister dicit. Tempus meum prope
est apud te facio pascha. Tamquam ciuitate dicendū est.
ut acciperetur. Ac per hoc non ex dn̄i cuius mandatum
narrabat. sed ex sua persona interposuit. ad quendam
iussisse dn̄m ut irent. Ne haberet necesse totum dicere.
Cum hoc illi ad insinuandam iubentis sententiam sufficere
uideretur. Nam neminem sic loqui ut dicat. Ite ad quen
dam quis nesciat si enim diceret ite ad quē ... cumque